

SCHEMATISMUS

VENERABILIS

CLERICI

ARCHI-DIOECESIS

STRIGONIENSIS

AD ANNUM

A CHRISTO NATO

MDCCCXLIX.



PESTINI, 1849.

TYPIS ADOLPHI MÜLLER.

PATRONUS
ARCHI-DIOECESIS
STRIGONIENSIS
SANCTUS
ADALBERTUS
EPISCOPUS & MARTYR.



CELSISSIMUS AC REVERENDISSIMUS
DOMINUS DOMINUS
PRINCEPS
JOANNES HÁM,
METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS
ARCHI-EPISCOPUS,
SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE
LEGATUS NATUS,
INCLYTI REGNI HUNGARIAE
PRIMAS
SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, S. C. ET R. A.
MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS STATUS CONSILIARIUS,
INCLYTI COMITATUS STRIGONIENSIS PERPETUUS
A C
SUPREMUS COMES,
A C A D
EXCELSAM TABULAM SEPTENVIRALEM
CO - JUDEX,
BENIGNE NOMINATUS.

SERIES

ARCHI-EPISCOPORUM

STRIGONIENSIIUM

1. **Dominicus I.** S. Stephano proto-regi bello civili impedito adstitit. Annis 1001—1002.
2. **Sebastianus** ex Abbate S. Montis Pannoniae assumtus. — (Hujus per triennium oculorum lumine orbati vices supplebat Astricus Colocensis Episcopus, ex quo axioma Archi-Episcopi retinuit.) 1003—1036.
3. **Dominicus II.**, una Cancellarius. 1037—1047.
4. **Benedictus I.** 1055—1056.
5. **Desiderius** vulgo Dersfy. 1057.
6. **Neaemias** etiam Hieremias. Annis 1075—1077.
7. **Stephanus I.** 1093.
8. **Acha**, circiter 1095.
9. **Seraphinus.** 1096—1103.
10. **Laurentius**, Synodum nationalem cum decem Suffraganeis suis celebrasse legitur, sub annum 1114, 1103—1118.
11. **Marcellus**, prius Episcopus Vaciensis. 1119—1126.
12. **Felicianus**, 1133—1143.
13. **Mycha**, 1143.
14. **Martirius** alias Martinus, Domum hospitalem S. Stephani de Alba fundavit; in Basilica Strigoniensi aram B. M. V. erexit, et chorum Canonicorum constituit. 1153—1158.
15. **Lucas Bánfy**, Sanctimoniae fama inclytus. Synodum provincialem 1169. Strigonii celebravit. 1158—1174.
16. **Job**, Basilicam Strigoniensem flammis exustam magnifice restauravit, Praeposituram cum Collegiatio Capitulo S. Georgii de viridi Campo Strigoniensi fundavit. 1175—1203.
17. **Ugrinus**, 1204.

18. **Joannes**, natione Hungarus, non Dux Meraniae. — 1217. **Andrea** Rege in Palaestinam profecto regnum cum nonnullis aliis proceribus fidelissime gubernavit, quare a Seditiosis captus et exulare coactus est; ab **Andrea** vero reduce possessionem Tardos, — quam ei prius Rex subiratus, quod bonorum Coronae alienationes penitus abnueret, ademerat, — recepit. Idem Supremus Comes Comitatus Strigoniensis fuisse notatur. 1206—1223.

19. **Thomas I.** 1224—1225.)

20. **Robertus**. Cumanos finium regni accolae ad fidem Catholicam convertit. Contra Judaeorum, Saracenorum et Ismaelitarum (quibus plures Christiani sponte se manciparunt) oppressiones regnicolas tuebatur. 1226—1238.

21. **Mathias**. **Belae IV.** Regi, quocum nutritus adolevit, admodum charus. 1239—1241.

22. **Stephanus I.** de **Vancha**, **Belae IV.** ad vicinos principes auxilii contra Tartaros sollicitandi causa legatus. Subin S. R. E. Cardinalis et Episcopus Praenestinus nominatus. 1234—1252.

23. **Benedictus I.** Aulae Regiae Cancellarius. Sub eo alterum Castri Strigoniensis dimidium, regibus eoque reservatum, Archi-Episcopatu donatione **Belae IV.** accessit. Synodum nationalem 1256. coegisse notatur. 1254—1261.

24. **Stephanus II.** 1263.

25. **Philippus**. Plebanis districtus Cibiniensis in Transylvania, jurisdictioni Archi-Episcopi Strigoniensis obnoxii (usque annum 1775.) facultatem tribuit Sacramenta, quae Episcoporum ministerio conferuntur, a quolibet alio catholico Episcopo recipiendi. Idem in munus Supremi Comitatus Strigoniensis per **Mojsen** Palatinum introductus fuit anno 1170.; super quo actu diploma relatorium adhuc superest. Ejus temporibus Synodus nationalis Budae 1263. habita est. 1163—1272.

26. **Nicolaus I.** Perpetuus Comes Strigoniensis. 1273.

27. **Benedictus II.** 1275—1277.

28. **Lodomerius**, e **Varadinensi** Episcopatu translatus; spirituali et temporali Regni et Regis salutis — difficillimis illis **Ladislai IV.** temporibus — provide et incessanter consuluit. Eo Archi-Episcopatum tenente quatuor Synodi,

una nationalis Budae 1279., tres vero provinciales Strigoni 1292., 1294. et 1296. habitae sunt. 1279—1298.

29. **Stephanus III.** 1298.

30. **Gregorius**, de genere Catupani; adhaesit **Carolo Roberto**, occisus a filiis **Nicolai** de **Columna**. 1298—1303.

31. **Michael**, 1304.

32. **Thomas II.** **Carolo Roberto** in Regem eligendo, et Regno per eum recte gubernando utilem navavit operam. Synodum provincialem celebravit in **Udvard** 1305—1321.

33. **Boleslaus**, dux **Tostensis** in **Silesia**, Sanctitate clarus. 1321—1328.

34. **Nicolaus I.** 1330.

35. **Chanadinus** de **Telegd**, Sanctuarium Cathedralis Ecclesiae S. **Adalberti** funditus antea eversum e sectis lapidibus cum decoris celaturis ac vitreis fenestris erexit, Ecclesiam totam contexit, tabulisque deauratis ornavit et vasis pretiosis providit. Moenia Castri et turres, nec non palatium Archi-Episcopale restauravit Civitatem Castro annexam moeniis ac turribus solidissimis munivit. 1331—1349.

36. **Nicolaus II.** de **Monoszlo** duas Synodos dioecesanam Strigonii annis 1353. et 1359. collegit. 1350—1358.

37. **Nicolaus III.** 1359—1366.

38. **Thomas III.** Decretorum Doctor. 1367—1375.

39. **Joannes II.** 1376—1378.

40. **Demetrius**, subin una titulo SS. Quatuor Coronatorum presbyter Cardinalis et apostolicae Sedis per Hungarium et Poloniam Legatus. In Metropolitana Ecclesia Capellam SS. Corporis Christi extruxit, Sacraque celebranda ordinavit, quae etiamnum persolvuntur. Synodum dioecesanam Strigonii 1382. celebravit. 1379—1386.

41. **Joannes III.** de **Kanisa**, Primas Regni et Apostolicae Sedis Legatus Natus. Fundavit Praeposituram S. **Stephani** Protomartyris de Castro Strigoniensi cum Capitulo Collegiato; Capellamque B. M. V. ad aquilonare Basilicae latus struxit. E visitatione Canonica, ipso Archi-Episcopo 1397. peracta, innotescit coordinatio Scholae Capitularis. florentisque in ea Collegii Christi seu fundi erudiendis et ad exteras quoque Scholas mittendis pauperibus Scholaribus destinati. — **Sigismundi** Regis, ad pugnam **Nicopolitanam** euntis et ex illa reducis comes, Supremusve usque annum

1402. Cancellarius; — quamvis vero anno hoc a Rege cum pluribus recessisset, ideoque Castrum Strigoniense 1403. occupatum fuisset: ipse nihilominus Regis invisendi, aut divini officii peragendi gratia ad Castrum hoc admissus, imo — postquam plurimos ad regis obsequium reduxisset — anno 1414. absente Rege Gubernator seu Vicarius Generalis Regni cum Nicolao de Gara Palatino constitutus fuit, proventuum etiam regalium perceptione ipsi commissa. Duas Synodos dioecesanarum Strigonii 1390. et 1393. coegit, 1387—1419.

42. **Georgius** Comes de Hohenlohe, gubernabat duntaxat Archi-Episcopatum, alias Episcopus Pathaviensis, id est: Passaviensis. Quod extraneus et consuetudinis regni ignarus fuerat bona Archi-Episcopalia passim vicini occupabant. 1420—1428.

43. **Georgius II.** de Palócz, in literis Sigismundi Regis pro Equitibus Teutonicis 1429. Posenii exaratis aximate Principis, ex hinc per Successores ipsius etiam usitato, — in transactione vero, quam cum Simone de Rozgon Episcopo Veszprimiensi intuitu coronandae Reginae 1437. inivit, Primatis et Apostolicae Sedis Legati Nati titulo compellatur. Alberti Regis, — qui testibus propriis literis donationalibus quoad Castrum Drégel editis, non sine illius adminiculo regnum adeptus est, — absentis Vicarius, — coronam cum regia supellectili sibi creditam in Arce Strigoniensi conservabat. 1423—1439.

44. **Dionisius** de Zeech alias Széché, titulo S. Cyriaci in thermis presbyter Cardinalis. Agente Ladislao Alberti Regis filio, — quem trimestrem Hungariae, subin vero Bohemiae corona redimit, — Primatis Regni et Legati Nati dignitatem, ad Successores quoque Archi-Episcopos transituram a Nicolao V. Pontifice confirmatam obtinuit. Basilicam Strigoniensem, de cujus renovatione in Synodo provinciali 1449. Strigonii collecta actum est, splendidissime restauratam, dote octo mille aureorum (postea in bellum adversus Turcas insumtorum) providere intendit. Gravissimas ac identidem repetitas factiosorum offensas magnanimus semper condonavit. Synodo dioecesana Strigonium 1450. convocata morum reformationi consuluit. 1440—1464.

45. **Joannes IV.** Vitéz de Zredna, Joannis a Hunyad fidus amicus et filiorum ipsius Mentor, atque epistolarum ad

principes Europae nomine Gubernatoris et Procerum Regni exaratarum Author. Quod pro recuperanda regni corona et eliberando Mathia Rege, qua Episcopus Varadinensis plurimum laboravisset: Comitatu Biharensi per Regem in publico regni Conventu, ipsis coronationis solemnibus celebrato, donatus. Literarum et literarum fautor eximius, Hungarum Musarum domicilium effecit. Divi Adalberti Basilicam ne conflagrationis periculo esset obnoxia vitraria tegula contextit, Bibliothecam utriusque linguae foecundissimam comparavit. Lapis sepulchralis, qui superest, eum Patrem Patriae loquitur. 1465—1472.

46. **Joannes V.** Alemannus cognomine Bekensloer, natione Silesius, Mathiae Regi ob singulares ingenii dotes acceptus, e Varadinensi Episcopatu ad Agriensem translatus, hinc ad Archi-Episcopatum Strigoniensem promotus, quem spe consequendi Archi-Episcopatus Salisburgensis 1476. clam reliquit, quo tamen non nisi anno 1482. potitus fuit. 1473—1475.

47. **Joannes VI.** de Arragonia, Ferdinandi Regis Neapolitani filius, Reginae Hungariae frater ac S. R. E. Cardinalis. Aedificavit Strigonii Capellam S. Michaelis Archangeli extra porticum Ecclesiae Cathedralis. Subin Romam reversus Archi-Episcopatu valedixit. 1477—1485.

48. **Hippolytus** Atestinus, Herculis primi Ferrariae Ducis ex Eleonora Beatrice Reginae Hungariae sorore filius, novennis in Hungariam evocatus a Mathia Rege, Archi-Episcopatum Strigoniensem administrandum invito Pontifice, accepit, eumque dein cum Episcopatu Agriensi commutavit. 1492. titulo S. Luciae Diaconus Cardinalis creatus. 1493. Archi-Episcopo Romae agente Generalis ejus Vicarius Thomas de Ihafalva Praepositus de viridi Campo Strigoniensi provincialem Synodum Strigonii asservavit. Obiit Hippolytus Ferrariae 1520. 1487—1496.

49. **Thomas IV.** Bakócz alias Bakács ab Erdöd, Subin titulo S. Martini in montibus presbyter Cardinalis, Patriarcha Constantinopolitanus ac S. Sedis Apostolicae Legatus de Latere ad Regna Hungariae, Bohemiae, Poloniae etc. Ludovici II. Regis minorennis tutorem egit; Crucesignatos in Turcam armavit, quos tamen perjuri duces nulla Metropolitae culpa in patriam verterunt. Dioecesium Milkoviensem, cujus solum nomen jam superfuert,

cum Decanatibus Transylvaniae Cibiniensi et Coronensi dudum jurisdictioni Strigoniensi obnoxiiis, Archi-Episcopati incorporavit. Jus nominandi Episcopum Milkoviensem attamen sub invasione Turcica ad Coronam Regni Poloniae devolutum est. Ecclesiam Strigoniensem elegantissima large dotata B. Dei Genitricis Capella ornavit 1497—1521.

50. **Georgius III.** Szakmáry; ab Ecclesia Quinque-Ecclesiensi, cui praefuit, assumtus, Regibus ab Epistolis fuerat, Ludovico II. Regi ordinum suffragiis Consiliarius datus.

Testamento suo sexaginta millia aureorum ad redimendas arces pro Corona Hungariae oppignoratas, legasse proditur; quae tamen in subsidium belli adversus Solimanum impendi debuerunt. 1521—1524.

51. **Ladislavus Szalkán**, artibus liberalibus Sárospatakini imbutus, in studio litterarum successive adeo profecit, ut eruditissimis Europae viris compararetur, Paupere natus domo multorum laboravit invidia. Ad Mohács, quo eum amor patriae inter primos adduxit, caesus. 1524—1526.

52. **Paulus de Várda** in miserrima incidit tempora, anno 1543. occupato per Turcas Strigonio exul nihilominus officium Locumtenentis Regii 1543—1549. cum publica satisfactione gessit. Aula ipsius schola fuit morum, in qua plures nobiles adolescentes aluit, muniisve publicis idoneos reddidit. 1527—1549.

53. **Georgius IV.** Martinusius, S. R. E. Cardinalis, a Ferdinando I. Rege Archi-Episcopus renunciatus, prius quam infulam et Galerum capesseret, violenta morte decessit 1551.

54. **Nicolaus IV.** Oláh; prius Mariae Reginae Ludovici II. viduae in Belgio Secretarius, tum Episcopus Zagrabiensis et Agriensis, fractae sub moeniis Agriensibus Turcarum potentiae non minima causa fuit. Cancellarius Regius, ab anno 1562. etiam Locumtenens; utilissimis Regi et Regno praestitis officiis Baronatum familiae suae emeruit. Ne Ecclesiae, scholae, coenobia, parochiae et quae alia erant humanitatis et civilisationis praesidia, furore bellico penitus abolerentur, unus praeter ceteris obstitit. Scholis denuo excitandis et Clero in me-

lius reformando imprimis intendit. Synodos dioecesanarum 1560, 1562. et 1566., nationalem vero 1561. Tyrnaviae celebravit. 1553—1568.

55. **Antonius Verantius**, duobus postremis gestis Archi-Episcopatus annis etiam Locumtenens Regius; prius Quinque-Ecclesiensis, tum Agriensis Episcopus; celebratus ab eruditione et lingvarum peritia. Legationes binas ad Portam Ottomanicam suscepit, quarum priore per quinquennium durante gravissimas aerumnas perpessus est 1569—1573.

56. **Stephanus Fejérvöki**; e Veszprimiensi ad Nitriensem, hinc ad Strigoniensem Cathedram translatus Locumtenentis Regii munus maxima cum satisfactione octennio administravit a 7-ma Julii — 21-mam Novembris 1596.

57. **Joannes VII.** Kutassy, qua adhuc Episcopus Jaurinensis et Hungariae Cancellarius plurimum ad id contulit, ut Sigismundus Báthori Transylvaniae Princeps Daciam cum Moldavia et Valachia in Rudolphum Regem pleno jure transferret. Renunciatus Archi-Episcopus et Locumtenens Regius Strigonium anno 1595. Turcis ereptum vidit, eoque profectus de pace cum his sancienda agere, non tamen transigere potuit. 1595—1601.

58. **Franiscus I.** Comes Forgách de Ghymes. Locumtenentis Regii munus anno uno gessit. Cardinalis renunciatus, ab Ecclesia sua dictus est Strigoniensis. Synodo Tyrnaviae celebrata disciplinam ecclesiasticam constabilivit. 1607—1615.

59. **Petrus Pázmány**, e Sacerdote Societatis Jesu primum Praepositus Thurócensis, tum Archi-Episcopus Strigoniensis, re Catholica contra adversarios egregie vindicata, editis patrio idiomate utilissimis non minus ac praestantissimis operibus, apertis publicis Scholis, fundatis pro nobili et paupere, ecclesiastica item juventute Convictibus et Collegiis, legatione Romana Caesaris nomine suscepta, erecta Universitate Hungarica, Synodis Tyrnaviae 1629, 1630. et 1633. celebratis cum de Ecclesia tum de Patria optime meritus. Erat Presbyter Cardinalis titulo S. Hieronymi Illyricorum 1616—1637.

60. **Emericus I.** Lósy, Seminarium S. Emerici Poniense et juridicam in Academia hungarica Tyrnavien-

si facultatem (hanc cum Successore suo Georgio Lippay) fundavit, Synodum Nationalem 1638. convocavit Tyrnaviam. 1637—1642.

61. **Georgius V.** Lippay de Zombor; in propugnaculum Érsek-Ujvárense 200,000 florenorum sumtus fecit. Seminarium Cleri Generale aedificavit, Collegium Societatis Jesu Trenchiniense erexit et dotavit; ac 50,000 florenos fundo bene meritorum parochorum legavit, 1648. Synodum Nationalem, 1658. vero dioecesanam Tyrnaviam congregavit. 1642—1666.

62. **Georgius VI.** Szelepchenyi. Fuit prius Veszprimiensis, dein Nitriensis et Colocensis Antistes, unaque Cancellarius Regius, annis 1667—1673. etiam Locumtenens Regius. Bis ad Gubernatorem Budensem Turcicum, ter Byzantium, bis in Transylvaniam ac Poloniam Legatus multa vitae pericula pro salute Patriae subivit. Fundavit Collegia Societatis Jesu instituendae juventutis causa Szakolczae, Leutschoviae et Zolnae, item Seminarium Clericorum, et secularium juvenum Tyrnaviae. Legatum, quod pro erigenda Strigonii Basilica fecit, in expensas belli conversum fuit, quingentis adeo millibus florenorum ad liberandam a diuturna Turcarum obsidione Viennam ex substantia ipsius acceptis.

Inde epitaphium:

Pressa per Odrysium Regina Vienna Tyrannum

Stat victrix opibus, quis negat? illa tuis.

1682. Synodum Nationalem celebravit Tyrnaviae. 1666—1685.

63. **Georgius VII.** Széchényi, Deo Sacrae, religioni collegia et monasteria, sapientiae lycea et gymnasia, militi saucio nosocomia erexit, aut instauravit. 1585—1695.

64. **Leopoldus** Comes Kollonich, gestis prius in ordine Equitum Melitensium magna cum laude pluribus praefecturis Nitriensis, dein Neostadiensis, tum Jaurinensis Episcopus, posthac Colocensis, tandem Strigoniensis Archi-Episcopus. Singularem operam contulit ad Turcas ab obsessa urbe Viennensi depellendos, derelictosque ad urbem hanc non minus ac ad recuperatum a Turcis Eszekinum et Varadinum mille circiter orphanos collegit, fovit, eorumque coloniis devastatam regionem Colocensem denuo

impopulavit. Anno 1666. Albo Cardinalium Presbyterorum titulo S. Hieronymi Illyricorum adscriptus. 1697—1707.

65. **Christianus Augustus** e Ducibus Saxoniae; dum Buda Turcis eriperetur: auxiliaris saxoniae Legionis Tribunus, subin vero Sacris initiatus Episcopus fuit Jaurinensis et Coadjutor Archi-Episcopi Strigoniensis. Nomine Caesaris saepe ad Comitia imperialia ablegatus, multa praecclare egit. A Clemente XI. Cardinalium coetui adlectus. Successoribus suis dignitatem S. R. I. Principis a Carolo VI. Imperatore anno 1714, impetravit. 1707—1725.

66. **Emericus II.** Comes Esterházy. Quavis in Dioecesebus Vaciansi, Zagrabiensi Veszprimiensi, quibus antea praefuit, in Archi-Dioecesi item Strigoniensi pia munificentia plurimas aras, Ecclesias, parochias erexit, Posonii in Collegiata Ecclesia aram majorem cum simulacro S. Martini, — tum S. Joanni Eleemosynario elegans sacellum, ac monialibus S. Elisabethae asceterium et templum eximium posuerit: tantum nihilominus quotidie in pauperes profundeabat, ut omnem suam substantiam his erogare videretur; patris pauperum encomio merito decoratus. 1725—1745.

67. **Nicolaus V.** Comes Csáky, e Cathedra Magno-Varadinensi ad Colocensem, exhinc vero ad Strigoniensem translatus, liberalitate praecessori suo nihil cessit, inferiorem praesertim nobilitatem pecuniariis subsidiis munifice fovebat. Comitatus erat singulari, hanc praecipuam auctoritatis tuendae rationem esse affirmans, si se cum primis ad eos demitteret. supra quos plurimum eminebat. 1751—1757.

68. **Franciscus II.** Comes Barkóczy, ex Agriensi Episcopo Archi-Episcopus Strigoniensis; decoris domus Dei zelosissimus. literarum, literatorumque amantissimus fuit. Suam et Metropolitanam Capituli Sedem Strigonium ad natale solum reducere, augustumque templum ibidem struere flagrantissimis votis exoptavit, — operi tamen octepto praemortuus est. 1761—1765.

69. **Josephus I.** Comes Batthyányi, natus 30. Januarii 1727. Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis Canonicus 1752. Posoniensis Praepositus 1655., Transylvaniensis Episcopus 1759., Colocensis 1760., 1776 Archi-Episcopus Strigoniens, S. R. E. titulo S. Bartholomaei de Insula Car-

dinalis 1778. In splendorem Reipublicae et commoda popularium prodigus; nutantem Sacerdotii ac Imperii concordiam sustinuit, provideque firmavit. 1776—1799.

70. **Carolus Ambrosius** de Este, Hungariae et Bohemiae Regius haereditarius Princeps, Archi-Dux Austriae e Vaciensis Episcopatus Administratore Strigoniensis Archi-Episcopus. Impendentia belli gallici discrimina conscriptis conflatisque grandi aere cohortibus avertere conabatur; dum autem aegris sauciisque militibus peramanter visendis atque solandis vaceret, funesto ipse correptus contagio annos natus 23, menses 10, charitatis victima obiit, sicque amplissimas, quas omnino portendebat spes, immatura ejusdem praecepsque mors elusit. 1808—1809.

71. **Alexander Rudnay** a Rudna et Divékujfalu. In possessione Nyitraszentkereszt die 4. Octobris anno 1760. natus. Superato studiorum cursu e disciplinis theologicis in Album Doctorum relatus, curae animarum subsidiariam operam in Cszazta et S. Benedicto navavit, successu dein temporis Actuarius Officii Vicarialis Tyrnaviensis, Capellanus in Aula Primatis, Secretarius Officii Vicarialis, Parochus Korosensis ac Districtus Nagytapolcsányensis Vice-Archi-Diaconus, anno 1805. E. M. S. Canonicus, dein Abbas B. M. V. de Kolos, anno 1808. Consiliarius ad Excelsum Dirigens Regni Dicasterium et Electus Episcopus Ansariensis, ac una per Districtum Strigoniensem Vicarius et Causarum Auditor Generalis, 1809. Archi-Diaconus Sasváriensis, Consiliarius Aulicus ac ad Excelsam Cancellariam Regiam Hungarico-Aulicam Referendarius et Praepositus S. Thomae de Monte Strigoniensi; tum anno 1815. Episcopus Transylvaniensis, post quadriennium vero Archi-Episcopus Strigoniensis, anno denique 1828. S. R. E. Presbyter Cardinalis. — Primati Huic gloria servata est, ut Regis ac Regni desiderio faceret satis, Archi-Episcopalemque Sedem cum Metropolitano Capitulo ab anno 1543. extorrem Strigonium in ipsis inaugurationis suae Solemniis anno 1820. reduceret, atque imperturbata in Deum fiducia munitus, novae hungaricae Sion e vetustis ruderibus excitandae actutum semet accingeret. Grande hoc opus multas tnter difficultates coeptum tanto cum fervore tantaque cum pietate ac liberalitate supremum usque vitae diem prosequabatur. ut quidquid ipsis adeo indigentis suis subtrahere potuit, sacro

huic fini impenderit Anno 1822. Synodum nationalem Posonii celebravit. 1819—1831.

72. **Josephus II.** Kopácsy die 30. Maji Anni 1775. Veszprimii natus, subin Clero dioecesis Veszprimiensis adlectus, anno 1796. studiorum in Seminario Veszprimiensi Praefecti, nec multo post Secretarii Officii Vicarialis munus obtinuit, 1798. in presbyterum ordinatus, sequenti vero anno Historiae et Juris Ecclesiastici Professor constitutus est; 1805. S. Sedis Consistorialis Assessor, 1806. Parochus, mox Canonicus Veszprimiensis, 1813 Abbas S. Jacobi de Simighio, Praepositus Hantaensis et Archi-Diaconus Cathedralis, 1817. Tabulae Regiae Praelatus, 1819. Excelsae Tabulae Septemviralis Assessor et Electus episcopus Pristinensis, 1822. Alba-Regalensis, 1825. Veszprimiensis Episcopus, 1828. Intimus Status Consiliarius, 1838. vero retenta per triennium Administratione praegesti Episcopatus Archi-Episcopus Strigoniensis. Res gravissimas laboris patientia, mentis sagacitate, judicii maturitate atque animi constantia superavit. Neoerectum Collegiatum Capitulum Tyrnaviense die 1. Januarii 1844. solenniter installavit; Basilicae Strigoniensi ad apicem usque ductae salutis signum imposuit, praeparandorum ad Magisteria scholarum elementarium Institutum Strigonii cum Metropolitano Capitulo aperuit, aliis quoque pro educanda praesertim sexus sequioris juventute destinatis, piis item Institutis large succurrit, ripas Danubii pone Strigonium stabili ponte navali conjunxit. 1838—1847.

D. D.

DIOCESANI ET SUFFRAGANEI

EPISCOPI.

Episcopus Quinque-Eclesiensis.

Excellentissimus ac Reverendissimus Dominus JOANNES SCITOVSZKY de Nagyker, Episcopus Quinque-Eclesiensis, S. C. et R. Ap. M. Actualis Intimus Status Consiliarius, AA. LL. et Philos. item SS. Theol. Doctor.

Episcopus Nitriensis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. EMERICUS PALUGYAY de Eadem et in Bodafalva, Episcopus Nitriensis, S. C. et R. Ap. M. Consiliarius.

Episcopus Fogarasensis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. JOANNES LEMENY de Eadem, per M. Principatum Transylvaniae Partesque eidem adnexas, G. R. Catholicorum Episcopus Fogarasensis.

Episcopus Crisiensis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. GABRIEL SMICZIKLASZ, Episcopus G. R. Cath. Crisiensis.

Episcopus Munkacsensis

Illustrissimus ac Reverendissimus D. BASILIUS POPOVICS, Episcopus G. R. Chathol. Munkacsensis, Abbas SS. Petri et Pauli Apost. de Tapolcza.

Episcopus Weszprimiensis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. DOMINICUS e Comitibus ZICHY de Eadem et Vasonykeo, Episcopus

Weszprimiensis, Serenissimae Reginae Hungariae Cancellarius, M. E. Olomucensis Canonicus, Juris Eccl. Doctor Collegiatus.

Episcopus Eperjesensis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. JOSEPHUS GAGANEZ, Episcopus G. R. Cath. Eperjesensis.

Episcopus Magno-Varadinensis G. R. Cath.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. BASILIUS ERDELYI, Episcopus G. R. Cath. Varadinensis.

Episcopus Sabariensis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. GABRIEL BALLASSA, Episcopus Sabariensis, Abbas SS. Salvatoris de Kapornak, S. C. et R. Ap. M. Consil. Aulicus.

Episcopus Neosoliensis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. JOSEPHUS RUDNYANSZKY de Dezser, Episcopus Neosoliensis.

Episcopus Alba-Regalensis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ANTONIUS KARNER, Electus Episcopus Alba-Regalensis, S. C. et R. Ap. M. Consiliarius Aulicus, SS. Theologiae Doctor Collegiatus.

Episcopus Vaciensis.

Vacat.

Episcopus Jaurinensis.

Vacat.



CAPITULUM

METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS.

Praepositus Major.

Vacat.

Lector.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ANTONIUS MAJTÉNYI de Keselökeö, Consecratus Episcopus Centuriensis, Abbas B. M. V. de Madocsa, Eccl. Metrop. Strigoniensis Lector et Canonicus, Sede Archi-Episcopali vacante per Districtum Tyrnaviensem in Pontificalibus Suffraganeus.

Cantor.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. GEORGIUS NÉMETH de Dömötöri, Elect. Episcop. Tribunicensis, Abbas B. M. V. de Valle, E. M. S. Cantor et Canonicus, Exc. Tabulae Septemviralis Assessor.

Custos.

Vacat.

Praepositus S. Georgii de Viridi Campo Strigoniensi et Archi Diaconus Cathedralis

Reverendissimus D. MICHAEL FEKETE de Galántha, Praepositus de Hollótó et S. Georgii de Viridi Campo Strigoniensi, E. M. S. Canonicus et Archi-Diaconus Cathedralis, Synodalis Examiner.

Praepositus S. Stephani de Castro Strigoniensi.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. JOSEPHUS KUNSZT, Electus Episcopus Pharensis, Abbas B. M. V. de Valle Weszprimiensi, Praepositus S. Stephani de Castro Strigoniensi, E. M. S. Canonicus, per Archi-Dioecesim Strigoniensem Sede Archi-Episcopali vacante in Spiritualibus Vicarius et Causarum Auditor Generalis Capitularis.

Praepositus S. Thomae de Monte Strigoniensi.

Vacat.

Archi-Diaconus Nitriensis.

Reverendissimus D. JOSEPHUS KRAUTMANN, Abbas S. Spiritus de Báth-Monostra, E. M. S. Canonicus et Archi-Diaconus Nitriensis, Synodalis Examiner.

Archi-Diaconus Comaromiensis.

Reverendissimus D. JOANNES NEP. BECKER a Denkenberg, Abbas S. Mariae in Scepusio, E. M. S. Canonicus et Archi-Diaconus Comaromiensis.

Archi-Diaconus Honthensis.

Reverendissimus D. JOSEPHUS VIBER, Abbas B. M. V. de Pécsyárad, E. M. S. Canonicus et Archi-Diaconus Honthensis, Sede Archi-Episcopali vacante per Districtum Tyrnaviensem in Spiritualibus Vicarius et Causarum Auditor Generalis, I. Iudicii Octavalis Archi-Episcop. Praelatus, AA. LL. et Phil. item SS. Theol. Doctor, I. Facult. Theol. penes Reg. Scient. Univers. Pestinens, Membr. Collegiatum.

Archi-Diaconus Neogradiensis.

Reverendissimus D. EMERICUS TÓTH, Abbas S. Jacobi de Insula Danubii, E. M. S. Canonicus et Archi-Diac. Neogradiensis.

Archi-Diaconus Barsensis.

Reverendissimus D. ANDREAS LIPTHAY de Kisfalud, E. M. S. Canonicus et Archi-Diaconus Barsensis, Generalis Seminarii Pestinensis Rector, Arcas Romanus.

Archi-Diaconus Sasvárensis.

Reverendissimus D. JOSEPHUS PRYBILA, Abbas S. Margarethae V. et M. de Bela, E. M. S. Canonicus et Archi-Diaconus Sasvárensis.

Reverendissimus D. JOANNES BAKAY de Eadem, E. M. S. Canonicus.

Reverendissimus D. VINCENTIUS JAROSS de Nemesmiticz, E. M. S. Canonicus, Institut. Praeparandorum ad Magisteria Scholarum Elementarium Director, Synodalis Examiner.

Reverendissimus D. GEORGIUS SZEMES, Praepositus de Rév prope Budam, E. M. S. Canonicus, AA. LL. et Phil. Doctor Collegiatus.

Reverendissimus D. MICHAEL KEMP, E. M. S. Canonicus, Seminarior. Tyrnav, item Institut. Emeritor. Archi-Dioecesis Strigon. Parochorum et Deficient. Sacerdotum Rector, ac in ejate Lyceo Archi-Episc. Studii Philos. Pro-Director, AA. LL. et Phil. item SS. Theol. Doctor, I. Fac. Theol. penes Reg. Scient. Univ. Pestin. Membrum Collegiatum.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ANTONIUS LIPTHAY de Kisfalud, Electus Episcopus Dulmensis, Abbas S. Michaelis Archang. in Insula B. M. V. juxta Budam, E. M. S. Canonicus Excelsae Tabulae Septemviralis Assessor, AA. LL. et Phil. item SS. Theol. Doctor Collegiatus.

Reverendissimus D. JOSEPHUS DURGUTH, E. M. S. Canonicus, AA. LL. et Phil. item SS. Theol. Doctor, I. Facult. Theol. penes Reg. Scient. Univ. Vindob. et Pestin. Membrum Collegiatum, Presbyterii Strigon. Rector, Synodalis Examiner.

Reverendissimus D. JOANNES NEP. SZABÓ de Dalafalva, E. M. S. Canonicus, AA. LL. et Philosophiae item SS. Theol. Doctor Collegiatus, Synodalis Examiner.

Vacant 2.

Canonici Honorarii.

Reverendissimus D. JOSEPHUS PRÚNYI, E. M. S. Canonicus Honorarius, SS. Theol. Doctor, in Lyceo Archi-Episcop. Strigon. Tyrnaviae Instit. Theol. et Theol.

Dogmaticae Professor P. O. S. Sedis Consistorialis Tyrnav. Assessor, Facult. Theol. in eodem Lyceo Senior.

Reverendissimus D. JOSEPHUS CSERNÁK, E. M. S. Canonicus Honorarius, Oppidi Érsekujvár Parochus, per Districtum ejusdem nominis Vice-Archi-Diac. et Scholar. Nation. Inspector, Scholae Capit. localis Director, Fundationis Flengerianae Administrator.

Reverendissimus D. HENRICUS SZAJBÉLY, E. M. S. Canonicus Honorarius, Collegii Pázmániani. Vienn. Vice-Rector, SS. Theol. Doctor, I. Facult. Theol. penes Caes. Reg. Scient. Univ. Vindobon. Membr. Colleg. et in Rigorosis Examiner.

Quinque Canonicatus Honorarii vacant.

Chorus Ecclesiasticus.

Succentor: D. Stephanus Koperniczky }
 Capitular, Sacristiae Director, Conv. S. Bened. de } una Capellani
 juxta Gron Conventualis. } Capitulares.
 Praebendatus: D. Stephanus Lakner.

CAPITULUM

INSIGNIS

COLLEGIAT. ECCL. POSONIENSIS

AD S. MARTINUM.

Praepositus.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ADALBERTUS POGÁNY de Cséb, Electus Episcop, Drivestiensis, Abbas B. M. V. de Candelis alias Schavnik, Insignis Collegiatae Ecclesiae Posoniensis ad S. Martinum Praepositus et Archi-Diaconus Posoniensis S. C. et R. Ap. M. Consiliarius, AA. LL. et Phil. Doctor.

Lector.

Reverendissimus D. IGNATIUS HOLLÓSY, Abbas de Salamon, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martinum Lector, et Canonicus.

Cantor.

Reverendissimus D. ANTONIUS PALSOVICS, Abbas de Valle honesta, Ins. Coll. Eccl. Poson ad S. Martinum Cantor et Canonicus, Seminarii S. Emerici Rector, jubil. Sacerdos in annum sextum.

Custos.

Reverendissimus D. JOANNES BAPT. KREMNICSKA, Abbas B. M. V. Belli Fontis de Valle Vuta vel Unta, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martinum Canonicus, L. R. Civitatis Posoniensis Parochus.

Reverendissimus D. JACOBUS MAISCH, Praepositus de Sztrázska seu Sztrázsa alias Nehre, Ins. Coll. Eccl. Poson ad S. Martinum Canonicus.

Reverendissimus ac Magnificus D. NICOLAUS CHERIER, Abbas S. Trinitatis de Siklós, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martin. Canonicus, S. C. et R. A. M. Consiliarius, per Districtum Literarium Poson. Superior Scholar. et Studior. Director Regius, AA. LL. et Philos. item SS. Theol. Doctor Collegiatus.

Reverendissimus D. GEORGIUS DOBOS, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martin. Canonicus.

Reverendissimus D. DOMINICUS FEICHTINGER, Praep. S. Crucis de Aszód, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Mart. Canon.

Reverendissimus D. JOSEPHUS BUBLA de Nemesujfalu, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Mart. Canonicus.

Reverendissimus D. EMERICUS STVERTECZKY, Ins. Coll. Eccl. Poson ad S. Martin. Canonicus.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. AUGUSTUS Com. FORGÁCH de Ghymes et Gács, Ins. Coll. Eccl. Poson ad S. Martin. Canonicus.

Reverendissimus D. PETRUS MÉHES, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martin. Canonicus.

Vacat 1.

Chorus Ecclesiasticus.

Succentor: D. Ignatius Kleinhansz, *una Parochiae interioris Cooperator.*
Praebend: D. Ignatius Jütner,

CAPITULUM

INSIGNIS

COLLEG. ECCLES. TYRNAVIENSIS

AD S. NICOLAUM EPISCOPUM.

Praepositus.

Reverendissimus D. GEORGIUS SCHNELL, Abbas S. Pulcheriae de Crisio, Ins. Coll. Eccl. Tyrnaviensis ad S. Nicolaum Ep. Praepositus et Canonicus, L. R. Civitatis Tyrnaviensis Parochus, Synodalis Examinator.

Lector.

Reverendissimus D. JOSEPHUS TRAJCSIK de Melynádas, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Ep. Lector et Canonicus, Synodalis Examinator.

Cantor.

Reverendissimus D. CAROLUS KESZELBORN, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Episcop. Cantor et Canonicus, Sacerdos jubil. Synodalis Examinator.

Custos.

Reverendissimus D. FRANCISCUS PRÍBELYI, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Ep. Custos et Canonicus, AA. LL. et Phil. item SS. Theol. Doctor, I. Facul. Theol. penes Reg. Scient. Univ. Pestin. Membrum Coll. Synod. Examinator.

Reverendissimus D. STEPHANUS NEMECKSAY, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nic. Ep. Canon. Senior, Poenitentiarus et Synodalis Examinator.

Reverendissimus D. PAULUS OKOLICSÁNYI, Ins. Col. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Episc. Canonicus Junior, Synodalis Examinator.

Chorus Ecclesiasticus.

Succentor: D. FRANCISCUS PAULOVICS. } una Concio-
Praebendatus: D. } nator in
Eccl. Colleg.

ABBATIAE

INTRA AMBITUM

ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS

EXISTENTES

S. Stephani primi Hung. Regis de Telky.

Reverendissimus ac Magnificus D. SIGISMUNDUS SCHULTES, Abbas Ord. S. Benedicti ad Scotos Viennae, item S. Stephani primi Hung. Regis de Telky, S. C. et R. Ap. M. Consiliarius, Inclyt. Statuum Provincialium Inferioris Austriae Membrum, SS. Theol. Doctor et Facult. Theol. in Caes. Univ. Vindobonensi Vice-Director.

SS. Salvatoris de Lekér.

Reverendissimus D. IGNATIUS CZIGLER de Vecse, Abbas SS. Salvatoris de Lekér, Caes. Regius Superior Castrensis per Hungariam, Croatiam, Slavoniam et Banatum.

De S. Benedicto.

Venerabile Metropol. Capitulum Strigoniese.

De Ludány.

Venerabile Capitulum Nitriense.

S. Margarethae V. et M. de Bela.

Reverendissimus D. JOSEPHUS PRYBILA, pag. 20.

De Casar.

Reverendissimus D. FRANCISCUS TURCSÁNYI de Eadem et Krsztyánfalva, Abbas de Casar, Cath. Eccl.

Cassov. Lector et Canonicus, in R. Academia Cassoviensi penes Studium Philos. Episcopalis in Re Religionis et Morum Commissarius, S. Sedis Consistorialis Assessor.

B. M. V. de Monostra supra Comaromium.

Reverendissimus D. JOSEPHUS OTHMARUS Eques a RAUSCHER, Abbas B. M. V. de Monostra supra Comaromium, Caesareo-Regiae Orientalium Linguarum Academiae Viennensis Director, Historiae Eccl. ac Juris Canon. Caes. Reg. Professor emeritus.

B. M. V. de Campo Strigoniensi.

Reverendissimus D. JOANNES jun. KELECSÉNYI, Abbas B. M. V. de Campo Strigoniensi, Cath. Eccl. Nitriensis Custos et Canonicus, Synodalis Examiner.

B. M. V. de Rákony.

Reverendissimus D. EMERICUS SORE CZ, Abbas B. M. V. de Rákony, Cath. Eccl. Nitriensis. Canon. Poenitentiarium et Archi-Diaconus Cathedralis.

S. Benedicti prope Strigonium.

Reverendissimus D. STEPHANUS LIPOVNICZKY de Eadem, Abbas S. Benedicti prope Strigonium, L. R. Civitatis Comaromiensis Parochus District. ejusd. Nominis Surrog. V. A. Diaconus et Scholar. Nation. Inspector.

B. M. V. de Monte Zebegény.

Reverendissimus D. JOSEPHUS FOGT, Abbas B. M. V. de Monte Zebegény, Cathedralis Eccl. Neosoliensis Cantor et Canonicus, Synodalis Examiner.

B. M. V. de Prinou.

Reverendissimus D. JOSEPHUS SZILBERKNOLL, Cath. Eccl. Jaurinensis Canonicus, Synodalis Examiner.

Abbatiae Vacant:

S. Henrici.

B. M. V. de Koloss.

ABBATIAE EXEMTAE

IN
DIOECESIBUS ALIIS EXISTENTES

AD JURISDICTIONEM

ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS

SPECTANTES.

S. Martini Episc. Confess. de S. Monte Pannoniae.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. MICHAEL RIMELY, Celeberrimi, Regii ac Exempti Archi-Coenobii S. Martini Episc. et Conf. de S. Monte Pannoniae Partiumque Coronae Regni Hungariae adnexarum Archi-Abbas et Praesidens Perpetuus, I. Sedis Praedialis Nob. de Kis- et Nagyfűs perpetuus Supremus Comes et Collator, S. C. et R. Ap. M. Consiliarius, eruditae Societatis Arcadiae Romanae Commembrum, SS. Theol. Doctor Collegiatus.

S. Aniani Ep. et Conf. de Tihany.

Reverendissimus ac Amplissimus D. ADALBERTUS BRESZTYENSZKY, Abbas S. Aniani Episc. et Confess. de Tihany, AA. LL. et Philos. Doctor, I. Facult. Philos. pnes R. Scient. Univ. Pestin. Collegiatum et Jenensis Eruditae Societatis Mineralogicae Honorarium, nec non Eruditae Societatis Hungaricae Correspondens Membrum.

SS. Salvatoris de Kapornak.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. GABRIEL BALASSA, Episcopus Sabariensis, pag. 17.

B. M. V. de Valle Paradisi.

Reverendissimus D. GEORGIUS PLENCZNER, Abbas B. M. V. de Valle Paradisi, Cathedralis Ecclesiae Scepusiensis Canonicus, S. Sedis Consistorialis Assessor.

SS. Salvatoris de Sexárd.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. JOSEPHUS VARDY, Electus Episcopus Ansariensis, Abbas SS. Salvatoris de Sexárd, Cath. Eccl. Sabar. Praep. Major et Canon. Archi-Diac. Cathedr. Illustrissimi ac Reverendissimi Domini GABRIELIS BALASSA, Episcopi Sabariensis, in Spiritualibus Vicarius et Causarum Auditor Generalis, Orphanotrophii Gimsiensis Adelphiano-Kelcziani Administrator.

B. M. V. de Madoesa.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ANTONIUS MAJTHÉNYI de Keselökeő, Consecratus Episcopus Centuriensis, pag. 18.

S. Aegidii de Simighio.

Reverendissimus D. JOANNES SZMODISS de Nagy-et Kisbarkócz, Abbas S. Aegidii de Simighio, Cath. Eccl. Weszprim. Lector et Canonicus.

B. M. V. de Valle.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. GEORGIUS NÉMETH de Dömötöri Electus Episcopus Tribuniczensis, pag. 18.

B. M. V. de Valle Wesprimiensi.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. JOSEPHUS KUNSZT, Electus Episcopus Pharensis, pag. 19.

B. M. V. de Candelis, alias Scharnik.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ADALBERTUS POGÁNY de Cséb, Electus Episcopus Drivestensis, pag. 22.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. IGNATIUS FÁBRY, Elect. Episcopus Bosonensis, Abbas S. Martini de Bulch seu Bulcs prope Castrum Solymos, Cathedr. Eccl. Csanád. Lector et Canonicus, Excellmī ac Rssimi D. JOSEPHI LONOVICS Episcopi Csanad. in Spiritualibus Vicarius et Causarum Auditor Generalis, per Distr. Litterar. Magno-Varadinens. Reg. Superior Scholar. ac. Studior. Director, SS. Theologiae Doctor Collegiatus.

S. Mariae in Scepusio.

Reverendissimus D. JOANNES NEP. BECKER, pag. 19.

S. Crucis de Valle Segniensi.

Reverendissimus D. JOANNES MEDGYESSY, Abbas S. Crucis de Valle Segniensi, Cath. Eccl. Vaciensis Custos et Canonicus, AA. LL. et Philos. Doctor, I. Facult. Philos. in R. Scient. Univers. Pest. Membrum Collegiatum, S. Sedis Consistor. Assessor ac Synodalis Examinator.

B. M. V. de Batta.

Reverendissimus D. JOSEPHUS FERENCZY, Abbas B. M. V. de Batta, Metrop. Eccl. Agr. Can. Archi-Diaconus Cathedralis et Synodalis Examinator.

B. M. V. in Coelos Assumptae trium fontium de Beel seu Apátfalva.

Reverendissimus D. MATHIAS MOGYORÓSY, Abbas B. M. V. in Coelos Assumptae trium fontium de Beel seu Apátfalva, Cath. Eccl. Jaurin. Canonicus Honorarius, Distr. Moson. V. A. Diaconus, ac Scholarum Nation. Inspector, Oppidi Szentjános Parochus.

S. Georgii Milit. et Martyr. de Csanád.

Reverendissimus D. STEPHANUS OLTVÁNYI, Abbas S. Georgii Mil. et Mart. de Csanád, Cath. Eccl. Csanád. Custos et Canonicus, piarum Fund. Administrator, ad S. Sedem Csanádiensem Matrim. et Prof. Relig. Defensor, Synodalis Examinator, penes Lyceum et R. Gymnasium

Temesvár. in Re Religionis et Morum Commissarius Episcopalis, S. Sedis Consist. Assessor.

B. M. V. de Pécs-Várad.

Reverendissimus D. JOSEPHUS VÍBER, pag. 19.

S. Benedicti de Szkalka.

Reverendissimus D. JOANNES UHLÁRIK, Abbas S. Benedicti de Szkalka, Cath. Eccl. Nitriensis Canonicus, Archi-Diaconus Trenchiniensis.

S. Hippolyti de Monte Zobor.

Reverendissimus D. JOANNES KRAJCSIK, Abbas S. Hippolyti de monte Zobor, Cath. Eccl. Nitr. et Illustrissimi ac Reverendissimi D. EMERICI PALUGYAI, Episcopi Nitriensis a Latere Canonicus, Archi-Diaconus Solnensis, Cancellariae Episcopalis Director, Juris Universi Doctor, I. Facult. Juridicae in R. Scient. Univ. Pest. Membrum Collegiatum.

S. Jacobi de Insula Danubii.

Reverendissimus D. EMERICUS TÓTH, pag. 19.

S. Michaelis Archangeli in Insula B. M. V. juxta Budam.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ANTONIUS LIPTHAY de Kisfalud, Electus Episcopus Dulmensis, pag. 20.

S. Helenae de Földvár.

Reverendissimus D. SIGISMUNDUS DARÓCZY, de Királydaróc, Abbas S. Helenae de Földvár, Cath. Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis Canonicus, Parochus Cathedralis, S. Sedis Consistorialis Assessor.

De Casa Nova.

Reverendissimus D. THOMAS CHERVEN, Abbas de Casa Nova, Cathedralis Eccl. Neosoliensis Canonicus, et

Archi-Diaconus Cathedralis, piarum in Dioecesi Fundati-
onum Administr.

Abbatiae vacant:

S. Adriani de Szalavár.

De Kolos Monostor.

S. Andreae prope Vissegrad.

B. M. V. de S. Dextra S. Stephani Regis Hungariae,
seu de Szent Joob.

S. Joannis Bapt de Jánossi.

PRAEPOSITURAE

INTRA

AMBITUM ARCHI-DIOECESIS

STRIGONIENSIS

EXISTENTES.

Strigoniensis praepositus Major.

Vacat.

S. Martini de Posenio.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ADALBERTUS
POGÁNY de Cséb, Electus Episcopus Drivestensis. pag. 22.

Tyrnaviae ad S. Nicolaum Ep.

Reverendissimus D. GEORGIUS SCHNELL, pag. 24.

S. Georgii de Viridi Campo Strigoniensi.

Reverendissimus D. MICHAEL FEKETE de Galán-
tha, pag. 18.

S. Stephani de Castro Strigoniensi.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. JOSEPHUS
KUNSZT, Electus Episcopus Pharensis, pag. 19.

S. Thomae de Monte Strigoniensi.

Vacat.

B. M. V. de Vág-Ujhely.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ANTONIUS Com.
BERÉNYI de Karancsberény, Praepositus Curatus B. M. V.
de Vág-Ujhely et Loci eiusdem nominis Parochus.

S. Stephani de Bozók.

Seminarium Tyrnav. B. M. V. in Coelos Assumt.

SS. Petri et Pauli de Veteri Buda.

Seminarium Generale Cleri Regni Hungariae penes Universitatem Hungaricam.

S. Margarethae de Dömös.

Venerabile Metrop. Capitulum Strigoniense.

De Ság.

Venerabile Capitulum Neosoliense et Rosnaviense.

B. M. V. de Novo Monte Pestinensi.

Reverendissimus ac Magnificus D. GEORGIUS FEJÉR, Praepositus B. M. V. de Novo Monte Pestinensi, Cath. Eccl. Magno-Varad. L. R. Canonicus, SS. Theologiae Doctor Collegiatus, S. C. et R. Ap. M. Consiliarius, S. Sedis Consist. Magno-Varadinensis Assessor, Sacerdos jubilaris.

B. M. V. Ecclesiae Novae ante Castrum Budense.

Reverendissimus D. ALOYSIUS KRANZ, Praepositus B. M. V. Eccl. Novae ante Castrum Budense, Districtus Honthensis Superioris Schemnicensis Ord. Vice-Archi-Diaconus et scholar. Nation. Inspector, Lib. Reg. ac Mont. Civ. Schemnicensis Parochus.

De Graba.

Reverendissimus D. JOANNES BAPT. SAMUEL STRBA, Praepositus de Graba, Ecclesiae Oppidi Dettva Parochus, S. Sedis Consist. Neosol. Assessor.

De Been.

Reverendissimus D. JOSEPHUS MAJTHÉNYI de Keszleökeö, Praepositus de Been, Ecclesiae Oppidi Bajmóc Parochus, ejatis Altariae Sz. Antonii Abb. Rector, S. Sedis Consist. Neosol. Assessor.

S. Sigismundi de Buda.

Reverendissimus D. VINCENTIUS RUDOLF, S. Ord. Milit. Crucig. cum rubea Stella Commendator, Abbas S. Martini de Vaska, Praepositus S. Sigismundi de Buda, Arcis Regiae Budensis Parochus, atque S. Dexteræ S. Stephani Proto-Regis Apóstol. Custos, Ins. Ordinis Leopoldi Imp. parvae Crucis Eques.

De Thoub.

Reverendissimus D. JOSEPHUS RÁZEL, Praepositus de Thoub, Eccl. Oppidi Gyula Parochus, et Localis Scholae Capitalis ac Trivialis Director, S. Sedis Consist. M. Varad. L. R. Assessor.

S. Joannis Bapt. de Buda.

Reverendissimus D. LADISLAUS GYÖRFY, Praepositus S. Joannis Bapt. de Buda, Cath. Eccl. Magno-Varad. L. R. Canonicus et Archi-Diaconus Cathedralis, Sanctimonialium Divae Ursulae Várad-Olasz Curator, AA, LL. et Phil. Doctor, S. Sedis Consist. Assessor, Synodalis Examiner.

S. Michaelis Archangeli de Insula Leporum.

Reverendissimus D. CAROLUS MÜLLER, Praepositus S. Michaelis Archangeli de Insula Leporum, V. Archi-Diaconus Distr. Tataensis et Oppidi ejusdem nominis Parochus in Gymnasio Tataensi Episcopalis in Re Religionis et Morum Commissarius ac Scholarum Inspector.

S. Eustachii de Csúth.

Vacat.

PRAEPOSITURAE EXEMTAE

JURISDICTIONI

ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS

SUBJECTAE

S. Mihaelis Archangeli de Csorna et Horpács.

item:

B. M. V. Annunciatae de Túrje.

Reverendissimus ac Amplissimus D. PAULUS JOSEPHUS GYÖNGYÖSY, Sacri et Candidi Ordinis Canonico-regularium Praemonstratensium Praelatus, S. Michaelis Archangeli de Csorna et SS. Petri et Pauli Apostolorum de Horpács, item B. M. V. Annunc. de Túrje et S. Joannis de Ponte seu Jánoshida Praepositus Infulatus.

S. Joannis Bapt. de Jászó item S. Crucis de Lelesz,

nec non:

S. Stephani Proto Martyris de Promontorio

Magno Varadinensi.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. ALOYSIUS MATHIAS RICHTER, Sacri et Candidi Ordinis Canonico-regularium Praemonstratensium Praelatus, Vener. Conventus Ecclesiae S. Joannis Bapt. de Jászó et S. Crucis de Lelesz, nec non S. Stephani Proto-Martyris de Promontorio Magno-Varadinensi Praepositus Infulatus, S. C. et R. Ap. M. Consiliarius, ac Regius per Distr. Litter. Cassoviensem Scholarum et Studiorum Superior Director, SS. Theol. Doctor penes R. Scient. Univers. Pest. I. Facult.

Theol. Membrum Collegiatum, S. Sedis Consist. Cassov. Assessor.

S. Antonii de Dravecz in Scepusio.

Venerabile Capitulum Scepusiense.

S. Martini de Orod aut Oront.

Illustrissimus ac Reverendissimus Dom. JOSEPHUS SCHROTT, Consecratus Episcopus Belgradensis et Semendriensis, Abbas S. Margarethae de Bela, Praepositus S. Martini de Orod aut Oront, Cath. Eccl. Zagrabiensis Praepositus Major et Canonicus, una Prior Auranae, Archidiaconus Gorenensis et Zagoriensis, Exellentissimi ac Reverendissimi D. GEORGII HAULIK, Episcopi Zagrabiensis in Pontifical. Suffraganeus, S. C. et R. Ap. M. Consiliarius, per. Distr. Literarium Zagrabiensem Superior Studiorum et Scholarum Director Regius, AA. LL. et Philos. Doctor, S. Sedis Consist. Zagrab. Referens Assessor.

De Ságha in Scepusio.

Reverendissimus D. JOANNES NEP. WEISZ, Praepositus de Ságha in Scepusio, Cath. Eccl. Neosoliensis Custos et Canonicus, Lycei Episc. Neosol. Pro-Director, Ven. Consistorii Ep. Assessor, ac Synod, Examinator.

De Rév prope Budam.

Reverendissimus D. GEORGIUS SZEMES, pag. 20.

De Schida seu Schajdun.

Reverendissimus D. STEPHANUS MATTYASOVSKY de Eadem, Praepositus de Schida seu Schajdun, Cath. Eccl. Rosnav. Custos et Canonicus, Archidiaconus Tornensis, S. Sedis Consistor. Assessor, Synod Exam.

S. Joannis Bapt. de Develich.

Reverendissimus D. STEPHANUS VAGYON de Hanzlikfalva, Praepositus S. Joannis Bapt. de Develich, Cath. Eccl. Nitriensis Canonicus, Theologus et Archidiacon. Gradensis.

De Csöpöfeő.

Reverendissimus D. ANTONIUS KREMIŃGER, Praepositus B. M. V. de Csöpöfeő, L. R. C. Szegedinensis ad S. Demetrium M. Parochus, Districtus ejusdem nominis Vice-Archi Diaconus et Scholar Nation. Inspector, R. Instituti Praeparandiae Director, penes Lyceum et Gymnas. Szegedinense in Re Religionis et Morum Episcopalis Commissarius, SS. Theologiae Doctor, S. Sedis Consist. Assessor.

S. Nicolai de Landek in Scepusio.

Reverendissimus D. PAULUS GOTLIEBOVICŠ, Praepositus S. Nicolai de Landek in Scepusio, Districtus Valpöensis Vice-Archi-Diaconus et Schol. Nation. Inspector, Parochus Valpöensis in Dioecesi Quinque-Ecclesiensi.

B. M. V. de Majk.

Reverendissimus D. ALOYSIUS SÁMUEL, Praepositus B. M. V. de Majk, L. R. C. Pestin. ad Assumptam in Coelos B. M. V. Parochus, Districtus Budensis Vice-Archi-Diaconus et. Scholar. Nation. Inspector.

S. Nicolai extra Muros Albae-Regalis

Reverendissimus D. JOANNES GYÖRY, Praepositus S. Nicolai extra Muros Albae-Regalis, L. R. C. Ginsiensis Parochus.

Praepositurae vacant:

De Thurócz.

B. M. V. de Liptó.

De Steinbach in Scepusio.

S. Lamberti de Somlyóvásárhely.

S. Sapientiae de Titel.

De Moyk.

S. Joannis Bapt. de Zsámbék.

S. Michaelis de Hatvan.

OFFICIUM
VICARIALE
CAPITULARE STRIGONIENSE.

Vicarius Generalis Capitularis.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. JOSEPHUS KUNSZT, Electus Episcopus Pharensis, pag. 19.

Cancellarius.

D. Ludovicus Haynald, *Caesareo-Regius Capellanus Aulicus Honorarius*, SS. Theologiae Doctor, Reg. Hung. Societatis Naturae Scrutatorum Membrum Ordinarium.

Secretarius.

D. Joannes Simor, *ad Metrop. S. Sedem Strigon. Matrimoniorum et Religiosae Professionis Defensor*, SS. Theologiae Doctor.

Archivarius una Protocollista.

D. Franciscus Ocsovszky, Reg. Physicae Societ. Hung. Membrum Ordinarium.

Actuarius.

D. Josephus Boltizár.

Juratus Cancellista.

D. Stephanus Márkly, *Secularis.*

Cursor et Calesfactor.

Emericus Brázay.

**METROPOLITANA S. SEDES
STRIGONIENSIS.**

Causarum Auditor Generalis Capitularis et Consistorii Praeses.

Idem, qui Vicarius Generalis Capitularis.

Assessores.

Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Metropolitanae Ecclesiae Strigoniensis Canonici omnes.

Notarius.

D. Gregorius Balásy.

Matrimoniorum et Religiosae Professionis Defensor.

